B. N. C.
FIRENZE
1085
27

1085-27

*1985.27

INS NIVM SENTENTIARVM FARRAGO,

A1

ſiue

Dicta aurea veterum Iureconſultorum, ex libris Pandect. decerpta.

AVTORE

Pontio à Quadraginta, Lorigena.

1085. 27



BIBLIOTECA NAZIONALE 1872

LVGDVNI,

Apud Mathiam Bonhomme.

1552

INSIGNI IVRISCON-
SVLTO D. ARNALDO VERNETO,
apud Lorigenas in ſede Caſtri noui ab
Arrio Iudici æquiſſ. Pontius à
Quadraginta
S.

CVM ſuaſu amicorum typis excudendum hũc libellum traderem, clariſsime vir, noluivt ſine præfatione ampliſs. nominis tui exiret in publicum: ne fortè ſi quãdo inter eundũ in via Momũ vel rabidũ Cerberũ obuios ſibi habuerit, latratu ferociſsimi canis

offenſus, aut ineptijs inuiduli illius Momi attonitus, incœptum iter remoraretur. Verùm amictus tui illuſtr. nominis vmbra (tanquàm Orphea aliqua cithara, vel aureo ramo Cereris inſignitus) ne lernæam quidem Hydrã, aut ſi quid aliud ſupereſt furiarum pertimeſcet. Dicamus igitur tibi, ampliſſ. domine, haſce antiquorum Prudentium ſententias: quas penè plusquàm Herculeo labore ex immenſo Pandectarum volumine collegimus, ac in capita redegimus. dicamus inquã, tibi hoc quicquid eſt opuſculi, non quòd ijs præceptionibus, ad componendos mores

res tuos, opus habeas: cuius & aſtrea uirtus, & rei legitimæ uetus ac bene fundata peritia toti patrię noſtrę admirabilẽ te effecit: verùm quod amplitudinis tuæ odore tutus liber ſine inuidia laudem inueniet, amicóſque parabit.

Bene vale. Toloſæ Calend. April.

NOMINA PRVDENtium, quorum præclariſſ. ſententiæ in hoc opuſculo adducuntur.

Aemilius Papinianus.
Serbidius Scæuola.
Iabolenus.
P. Iubentius Celſus.
Sextus Pomponius.
Terentius Clemens.
Vlpius Marcellus.
Florentinus.
T. Caius.
Domitius Vlpianus.
Iulius Paulus.
Licinius Rufinus.
Calliſtratus.
Aelius Martianus.
Herennius Modeſtinus.
Claudius Triphoninus.
Saluius Iulianus.
Hermogenianus.

INSIGNIVM SENTENTIARVM FARRAGO.

AEMILIVS PAPINIANVS.

ETENIM verè philoſophātes pecuniam contemnunt:cuius retinendæ cupidine fictam aſſeuerationem detegunt. l. *in honoribus. de vac. & exc.* mun.

Summa eſt ratio, quæ pro religione facit. l. *ſunt perſonæ. de religio. & ſump. fun.*

Non debet alteri per alterũ iniqua cō ditio inferri. l. *non debet. de regul. iur.*

Sed paternæ reuerētię congruum eſt, egēti fortè patri, officio iudicis, ex acceſsionibus hæreditarijs emolumentum præſtari. l. *Imperator. ad ſenatuſcon. Trebel.*

SERBIDIVS SCAEVOLA.

Ius Ciuile vigilantibus ſcriptum eſt. l. *pupillus patri, quæ in fraudem cre. fac.*

Impunita non debent eſſe admiſſa. l. *Stichum. de ſolut. & liberat.*

IABOLENVS.

Propriè bona dici non poſſunt, quæ plus incommodi quàm commodi habent. l. *propriè bona. de verbo. ſignifica.*

P. IVBENTIVS CELSVS.

Neque enim malitijs hominum indul

gen

gendum eſt.l.*conſtituimus. de rei ven.*

Nam quorſum ſunt nomina,inquit Tubero,niſi vt demonſtrent uolun·tatem dicentis? equidem non arbitror quenquam dicere quod non ſentit, ut maximè nomine vſus ſit, quo id appellari ſolet:nam uocis miniſterio utimur. Cæterùm nemo exiſtimandus eſt dixiſſe quod non mẽte agitauerit.nam & ſi prior atque potentior eſt,quàm uox, mens dicentis, tamen nemo ſine voce dixiſſe exiſtimatur: niſi & eos fortè qui loqui non poſſunt, conatu ipſo & ſono quodam, καὶ τῇ ἀνάρθρῳ φωνῇ dicere exiſtimemus.l. *Labeo ait. de ſupellec.lega.*

SEXTVS POMPONIVS.

Nulla enim voluntas errantis eſt. l. *ſed*

hoc ita.de aq.plu.arcend.

Nam ego diſcendi cupiditate, quam ſolam uiuendi rationem optimam, in octauum & ſeptuageſimum annum ætatis duxi, memor ſum eius ſententiæ, quam dixiſſe fertur Iulianus. καν τον ἑτερου ποδα εντῃ σορῷ ἐχω, προσμαθεῖν τι βουλομενῳ. id eſt, & ſi alterum pedem in tumulo haberem, nõ pigeret aliquid addiſcere. l. *apud Iulianum. de fideicommiſſ. lib.*

Parum eſt Ius in ciuitate eſſe, niſi ſint qui iura reddere poſsint. l. *neceſſarium. de orig. iur.*

Turpe eſſe patricio & nobili uiro, & cauſas oranti, ius in quo uerſatur ignorare. *ibidem.*

Cul-

Culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.l.*culpa eſt.de regul.iur.*

Nullus idoneus teſtis in re ſua intelligitur.l.*nullus. de teſtib.*

Exemplo enim turpiſsimum eſt, fœminino uocabulo etiam maſculos contineri.*l.ſi ita ſcriptum ſit.*de leg.*&* *fideicom.2.*

Quod quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire.l.*quod quis.de regul.iur.*

Reuerentia maritis exhibenda eſt.l. *alia cauſa.ſolut.matrimo.*

Veriſsimum eſt autem, ut aliàs aliud ex perſona locoq; ſit æſtimandum.l *tales conditiones.de con.& demonſt.*

)TERENTIVS CLEMENS.

Iniquiſsimum uidetur cuiquam ſcientiam alterius, quàm ſuam noſcere, uel ignorantiam alterius alij profuturam. l. *iniquiſsimum. de iur. & fac. ig.*

VLPIVS MARCELLVS.

Sed in re dubia benigniorem interpretationem ſequi, non minùs iuſtum eſt quàm tutum. l. *proxime. de ijs quæ in teſta. delen.*

FLORENTINVS.

Nam iure hoc euenit, ut quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit iure feciſſe exiſtimetur.

Et quum inter nos cognationem quandam natura conſtituerit, cõſequens eſt, hominem homini inſidiari, nefas eſſe. l. *vt vim. de iuſt. & iur.*

T. Ca

T. CAIVS.

Liberum corpus nullam recipit æſtimationem. *l. cùm liberi. de ijs qui deiecer. vel effuder.*

Semper in dubijs benigniora præferēda ſunt. de regul. iur. l. *ſemper in dubijs.*

Minus ſoluit, qui tardiùs ſoluit: nam & tempore minus ſoluitur. l. *ſi cui ex empto. de ver. & rer. ſig.*

Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur. *eod. tit. l. bona fides.*

Imperitia culpæ annumeratur. l. I*mperitia. eod. titul.*

Vnde centum annos obſeruandos eſſe conſtat: qui finis uitæ longiſsimus

eſt.*de vſur.& vſufr.leg.l.ſi vſufru.*

Naturalis enim ſimul & ciuilis ratio ſuadet,alienam cōditionem meliorem quidem, etiam ignorantis & inuiti,nos facere poſſe,deteriorem non poſſe.l.*ſoluendo.de neg.geſt.*

Liberum corpus æſtimationē non recipit .l.ex *hac lege.ſi quad.pau.fec.dic.*

Aduerſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere.l.*itaque. ad l. Aquil.*

Domus tutiſsimum cuique refugium eſt.l.*plerique. de in ius voc.*

Nihil enim eſt tam conueniens naturali æquitati,quàm uoluntatem domini uolentis rem ſuam in alium transferri,ratam haberi.l. *quę ratio*-

ne

ne.de acqurend.rer.domi.

DOMITIVS VLPIANVS.

Publicè enim intereſt, partus nó ſubijci: ut ordinum dignitas familiarumq́; ſalua ſit.l.j.*de ventr.inſpic.*

Vetus prouerbium eſt: οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, id eſt, nec omnia nec paſsim, nec ab omnibus.l.*ſolent etiam.de offic.procon.& leg.*

Sicuti medico imputari euentus mortalitatis non debet: ita quod per imperitiam admiſit, imputari debet. prętextu enim humanę fragilitatis delictum decipientis in periculo homines, innoxium eſſe non debet. *de offi.præſ.l.illicitas.*

Non couſentiunt, qui errant. Quid enim tam contrarium eſt conſenſui quàm error qui imperitiam dete-

git? l. *ſi per errorem. de iuriſd. om. iud.*

Quis enim aſpernabitur, idem ius ſibi dici, quod ipſe alijs dixit, uel dici effecit? l. j. *quod quiſque iur.*

An & philoſophi profeſſorum numero ſint? & nonputem: non, quia non religioſa res eſt: ſed quia hoc primùm profiteri eos oportet, mercenariam ſe operam ſpernere. l. j. *de varijs & extr. ord. cognit.*

Eſt enim res quidem ſanctiſs. ciuilis ſapientia, ſed quæ pretio nummario non ſit æſtimanda nec dehoneſtanda: dum in iudicio honor petitur, qui in ingreſſu ſacramenti offerri debuit. § *nec iuris quidem. ead. l.*

Quædam enim tametſi honeſtè acci-
piun

piuntur, inhoneſtê tamen petuntur.ibid.

Serui & filij noſtri furtum quidem nobis faciunt:ipſi tamen furti nobis non tenentur.l.*ſerui.de furt.*

Nam ut elegãter Celſus definit, Ius eſt ars boni & æqui, cuius merito quis nos ſacerdotes appellet. Iuſtitiam nãque colimus, boni & æqui notitiam profitemur, ęquum ab iniquo ſeparantes, licitũ ab illicito diſcernentes:bonos non ſolùm metu pœnarum, uerùm pręmiorum quoque exhortatione efficere cupientes:uerã (niſi fallor) Philoſophiam non ſimulatam affectãtes. l.j.*de iuſt.* & *iur.*

Sunt enim quædam publicê utilia,

quędá priuatim.§.*huius ſtudij.ea.leg.*

Conſulari fœminę utique cóſularem uirum pręferendum eſſe nemo ambigit: quia maior dignitas eſt in ſexu uirili.l.j.*de ſenat.*

Moribus apud nos receptum eſt, ne inter uirum & uxorem donationes ualerent. Hoc autem receptum eſt, ne mutuo amore ſe inuicem ſpoliarent, donationibus non obtemperantes, ſed profuſa erga ſe facilitate abutentes.*de don.inter vir.& vxo.*l.j.

Faciles ſunt nonnulli hominum ad iurandum, contemptu religionis: alij perquàm timidi, metu diuini numinis uſque ad ſuperſtitioné.l. *quæ ſub conditione.de cond.inſti.*

Rerum enim uocabula immutabilia ſunt

ſunt, hominum uerò mutabilia. l. *ſi quis in fundi. de leg.* j.

Ambulatoria eſt uolũtas defuncti uſque ad uitæ ſupremum exitum. l. *quòd ſi. de adimend. vel transfer. leg.*

In ambiguis rebus humaniorem ſequi ſententiam oportet. l. *ſi fuerit. de reb. dub.*

Quid enim tam congruum eſt humanę fidei, quàm ea quę inter eos placuerint ſeruare? l. ij. *de pact.*

Sicuti conuenire dicuntur, qui ex diuerſis locis in unum locum colliguntur & ueniunt: ita qui ex diuerſis animi motibus in unum conſentiunt, ideſt in unam ſententiam decurrunt. l. ij. *de pact.*

Dolus malus fit ex calliditate & fallacia.l.*Iuris gentium.eod. tit.*

Ignorantia enim excuſatur, non iuris ſed facti.*l.liberorum.de ijs qui not.inf.*

Nam qui uim facit, dolo malo facit, utique & uim facit. Et ita dolus habet in ſe & uim: & ſine ui ſi quid callidè admiſſum eſt, æquè continebitur.l.*prætor ait.de vi bon.rapt.*

Impubes, doli mali capax non eſt.§.impuberem. *ead.l.*

Nec enim minus in mari, quàm in uilla per latrunculos inquietari, uel infeſtari poſſumus. l.iij. *de incen.rui. naufr.*

Nulla iniuria eſt quæ in uolentem fit.

l.j.de iniur.

Et quidem mare commune omnium eſt, & littora: ſicut eſt aër. eod. tit. l.*iniuriarum actio.*

Iniquiſsimum enim quis meritò dixerit, patrem egere, cùm filius ſit in facultatibus. l. *ſi quis à liberis. de libe. agnoſcend.*

Diem incertum habet mors. l.j. *de con. & demon.*

Nuptias enim non concubitus, ſed cõſenſus facit. l. *cùm fuerit. eod. tit.*

Seruitus morti aſsimilatur. l. *lviij. eo. ti.*

Variæ ſunt hominm uoluntates. l. *quia poterat fieri. ad ſenat.* Treb.

Non tantùm parentibus, uerùm etiam Reipublicæ naſcuntur liberi. l. j. *de ventr. in poſſ. mit.*

Patrem & matrem, quos uenerari oportet.

Indignus militia iudicãdus eſt, qui patrem & matrem, à quibus ſe educatum dixerit, maleficos appellauerit. l. j. *de obſeq. à lib. & liber. præſtan.*

Publicè enim utile eſt, ſine metu & periculo per itinera commeari. l. j. *de ijs qui deiecer. vel effud.*

Hæc enim uerecunda cogitatio eius qui lites execratur, non eſt uituperãda: ſed eius duntaxat, qui cũ rem habere uult, litem ad alium transfert

fert,ut moleſtum aduerſarium pro ſe ſubijciat. l. *item ſi res.de alien. iud. mutan.cau.fac.*

Naturalis hominum ad diſſentiẽdum facilitas.*de recept.arb.*l. *item ſi vnus.*

Coràm autem ſententiam dicere uidetur, qui eam coram ſapientibus dicit. cæterùm corã furioſo,uel demente,non uidetur dici.l. *diem proferre.de recep.arb.*

Quę enim culpa in eo ſit,qui ſuę mentis non eſt?l.*ſed & ſi.ad leg.* Aquil.

Lenis duntaxat caſtigatio conceſſa eſt docenti.§.*ſi magiſter. eod.tit.*

Non fatetur qui errat , niſi ius ignorauerit.de confeſſ.

Vim ui repellere licere Caſsi' ſcribit: idq; Ius natura comparatur. apparet autem, inquit, ex eo arma armis repellere licere. l. j *de vi & vi arm.*

Aſſumptio originis quę non eſt, ueritatem non perimit. errore enim ueritas originis non amittitur: nec mendacio dicẽtis ſe eſſe, unde non ſit, deponitur: neque recuſando quis patriam, ex qua oriundus eſt, neque mentiendo de ea quam non habet, ueritatem mutare poteſt. l. *aſſumptio originis. ad Munici.*

Corporalia munera fœminis ipſe ſexus denegat, quomin' honores uel munera iniungantur. *de mun. & hon.*

Fortuitos caſus nullum hominũ conſilium prȩuidere poteſt. l. *ſi eo tempore.*

re. *de adminiſt. rer. ad ciuit. per.*

Omnis excuſatio ſua ęquitate nititur. l. j. *de vac. & excu. mun.*

Honeſtus modus ſeruandus eſt, non immoderata cuiuſque luxuria ſubſequenda. l. *ex damni. de damn. infect.*

Prodeſſe enim ſibi unuſquiſque, dum alij non noceat, non prohibetur. l. j. *de aqua plu. arcend.*

Dolo autem facere uidetur, qui id, quod poteſt reſtituere, non reſtituit. l. *ſi procuratorem. mand. vel con.*

Maximum enim ac pręcipuum munus fœminarum eſt, concipere, ac tueri conceptum. l. *quæritur. de ædil. edic.*

Pretium enim operæ, artis eſt uelamentum.*pro ſoc.*

Aequum eſt enim, ut cuius participauit lucrũ, participet & damnum.l. *ſi igitur.eod.tit.*

Neque enim aboletur turpitudo, quæ poſteà intermiſſa eſt.

Non eſt ignoſcendum ei, qui obtentu paupertatis turpiſsimam uitam elegit.l.*palam.de ritu.nupt.*

Lenocinium facere non minus eſt, quàm corpore quæſtum exercere. *§.lenocinium.ead.leg.*

In homine libero nulla corporis æſtimatio fieri poteſt.l.j.*de ijs qui deiece. vel effud.*

Religionis intereſt, monumenta extrui & exornari.l.j.*de mort.infer.*

Plerunque robur hominis, ætas, temporíſque opportunitas naturalem cauſam operarum mutat.l.*ſi non ſortem.de condict.indeb.*

Graue eſt fidem fallere.l.j.*de conſtipec.*

Interdum locus, uel tempus non patitur plenius deliberandi conſilium. l.j.*de exerc. action.*

Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit.l.xxxj.*de regul.iur.*

Nihil conſenſui tam contrarium eſt, qui & bonę fidei iudicia ſuſtinet, quàm uis atque metus.l.cxij.*co.tit.*

Iure naturę ęquum eſt, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem. eod. titu. l. *iure naturæ*.

IVLIVS PAVLVS.

Liberto & filio ſemper honeſta & ſancta perſona patris ac patroni uideri debet. l. *liberto. de obſe. à lib. & liber. præſt.*

Sæpe enim de facultatibus ampliùs quàm in ijs eſt, ſperant homines quod frequẽter accidit ijs, qui trãſmarinas negociationes, & alijs regionibus, quàm in quibus ipſi morantur, per ſeruos atque libertos exercent. l. *in fraudem. qui & à quib. manu. lib. non fi.*

Et puto improbum eum eſſe, qui uelit iter

iterum conſequi quod accepit. l. *ſi quis dolo. de re iud.*

Tria enim ſunt quæ habemus: libertatem, ciuitatem, & familiam. l. *capitis diminutionis. de cap. diminut.*

Itaque propter immenſas contentiones plerunque res ad diuiſionem peruenit. l. *in re communi. de ſeruitut. vrb. præd.*

Vim enim ui defendere, omnes leges omniáque iura permittunt. l. *ſcientiam hîc. ad leg. Aquil.*

Vna eſt omnibus parentibus ſeruanda reuerentia. *de in ius vocan. l. parentes.*

Seruire enim nobis intelliguntur etiam ij, quos ægros curamus, qui

cupientes nobis ſeruire, propter aduerſam ualetudinem impediuntur. *l. quum hæres. de ſtatu libe.*

Latæ culpæ finis eſt, non intelligere id quod omnes intelligunt. l. *latæ culpæ, de verb. & rer. ſig.*

Amicos appellare debemus, non leui notitia coniunctos: ſed quibus fuerint iura cum patrefamilias, honeſtis familiaritatis quæſita rationibus. §. *amicos. ead. leg.*

Inuito beneficium non datur. l. *inuito. de reg. iur.*

Magna negligentia culpa eſt: magna culpa dolus eſt. l. *magna negligentia. de verb. ſig.*

Secundum naturam eſt commoda cuiuſque rei, eum ſequi, quem ſequuntur incommoda. l. x. *de. regul. iur.*

In omnibus quidem, maximè tamen in iure æquitas ſpectanda eſt. l. *in omnibus. de reg. iur.*

Reipublicæ intereſt mulieres dotes ſuas ſaluas habere, propter quas nubere poſsint. l. *de iur. dot.*

Libertas ineſtimabilis res eſt. l. *libertas de reg. iur.*

Intereſt noſtra animũ liberorum noſtrorum, non corrumpi. l. ut *tantùm. de ſeruo corrup.*

Qui nõ facit quod facere debet, uidetur facere aduerſus ea quæ non fa-

cit:at qui facit, quod facere non debet, non uidetur facere id quod facere iuſſus eſt. *de regu. iur. l. qui non facit.*

Optima enim eſt legum interpres conſuetudo. l. *ſi de interpretatione. de legib.*

Qui tacet, non utique fatetur: ſed tamen uerum eſt, eum non negare. l. *qui tacet. de reg. iur.*

Omne quod datur, aut ob rem datur, aut ob cauſam, & ob rem: aut turpem, aut honeſtam. ob turpem autem, aut ut dantis ſit turpitudo, non accipientis, aut ut accipientis duntaxat: non etiam dantis: aut utriuſque. l. j *de con. ob turp. vel iniuſt. cau.*

Non

Non omne quod licet, honeſtum eſt. *l.non omne.de reg. iur.*

Nec recipiendum eſt, ut cùm nihil dederis, eum rogando obliges. l. *ſed & ſi.de leg.iij.*

Regula eſt, Iuris quidem ignorantiam cuique nocere: facti uerò ignorantiam non nocere. l. *regula eſt. de iur. & fact. igno.*

In ambiguo ſermone non utrunque dicimus, ſed id duntaxat quod uolumus. itaque qui aliud dicit quàm uult, neque id dicit quod uox ſignificat, quia non uult: neque id quod uult: quia id non loquitur. l. *in ambiguo ſermone. de reb. dub.*

Pacta quæ turpem cauſam continent,

non ſunt obſeruanda. expedit enim timere furti, uel iniuriarũ pœnam. *l. ſi vnus. de pact.*

Defendi uxores à uiris, non uiros ab uxoribus ęquum eſt. l. quod ſi uiro. *de iniur. & fam. libell.*

Inuitis nobis res noſtras alius retinere non debet. *l. ſi filiofam. ſolu. matr.*

Nec enim delinquẽdo quiſquam pretioſior fit. l. *pretia rer. ad leg.* Falc.

CLAVDIVS TRIPHONINVS.

Pietatem liberi parentibus debẽt. *de obſeq. paren. & patr. præſt.*

LICINIVS RVFINVS.

Idonei non uid[...]atur eſſe teſtes, quibus imperari poteſt: ut teſtes fiant. l. *idonei. de teſt.*

Calli

CALLISTRATVS.

Ex conuerſatione æquali cõtemptio dignitatis naſcitur. l. *obſeruandũ eſt. de offic. præſ.*

Animi motum uultus detegit. ibid.

Semper in ciuitate noſtra ſenectus uenerabilis fuit. namque maiores noſtri penè eũdem honorem ſenibus quem magiſtratibus tribuebant. l. *ſemper. de iur. imm.*

Ete[illegible]m idcirco filios filiáſue concipimu[illegible],at[illegible]edimus, ut ex prole eorum earu[illegible]nue diuturnitatis nobis memoriam in [illegible]uum relinquamus. l. *liberorum ap[illegible]llat[illegible]ue. de verb. ſigni.*

AELIVS MA[illegible]TIANVS.

Delinquunt, qui prohibitas nupti[illegible]

contrahunt : & meritò puniendi ſunt.l.*ſi tutor.de lega.j.*

HERENNIVS MODESTINVS.

Expreſſa nocent, nõ expreſſa non nocent.l.*expreſſa nocent.de reg.iur.*

Laudandus eſt magis, quàm accuſandus hæres, qui reliquias teſtatoris non in mare ſecundum ipſius uoluntatem abiecit, ſed in memoriam humanæ conditionis ſepulturę tradidit.l.*xxvij.de cond.inſt.*

Nemo in neceſsitatibus liberalis exiſtit.l.*rem legatam. de adimend. vel tranſ.leg.*

SALVIVS IVLIANVS.

Neque impunita maleficia eſſe oportet.l.*ita vulneratus.ad leg.Aquil.*

Semper

Semper ſexus maſculinus fœmininum continet.l.*qui duos mulos.de leg.iij.*

HERMOGENIANVS.

Hominum cauſa omne Ius conſtitutum eſt.l.*cùm igitur.de ſtat.hom.*

FINIS.

Lugduni,
Excudebat Mathias Bonhomme.

1055.27

99758535

Mc